

EPISTULA LEONINA XXIV

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **G R A T I S** ET **S I N E ULLA OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

ARGUMENTA

LAGOLOGIA sive Historia leporum (I)
MAX ET MORITZ (V): Magister Lämpel
VOCABULA ANATOMICA (II)
VOTA PASCHALIA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINAM LINGUAM AMANTIBUS
 SAL.PL.DIC. S.V.B.E.E.V.

Cara Lectrix, Care Lector,

Iam ver advenit, iam celebratur Festum Paschale! Itaque tractamus in hac EPISTULA LEONINA VICESIMA QUARTA (XXIV) animal maxime Paschale; ecce LAGOLOGIA - loquemur DE LEPORE, praesertim de LEPORE PASCHALI!

Secundo loco legas DE MAGISTRO LÄMPEL, paedagogo frugali, sed infelici: Nam qui magister potest habere suam pacem post fornacem, si imminent discipuli maligni? Qui – vae magistris! – nostrâ aetate non sunt moderatiores quam illâ aetate VILELMI BUSCH. Sed specta eiusdem poetae et pictoris facetissimi imagunculas pulcherrimas, lege eiusdem versiculos immortales necnon dignare eorundem versiones Latinam et Graecas a philologis facundis pactas.

In fine ne asperneris VOCABULA ANATOMICA laboriose excerpta.

Utinam fruaris diebus Paschalibus sollemnibus atque recreabilibus!

Medullitus Te salutat

Nicolaus Groß



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

LAGOLOGIA SIVE HISTORIA LEPORUM (I)



„juvenis lepus campestris“. Aquaria pictura illustrissima a.1502 ab Albrecht Dürer confecta.

Lepus europaeus

Symbola a Nicolao Groß e Wikipediâ, liberâ encyclopaediâ interretiali excerpta et in Latinum conversa.



Lepus europaeus

ORDO SYSTEMATICUS

subclassis:	Eutheria
superordo:	Euarchontoglires
ordo:	Lagomorpha
familia:	Leporidae
genus:	<i>Lepus</i>
species:	europaeus

Nomen scientificum

Lepus europaeus

Pallas 1778

Lepus europaeus est animal mammale familiae Leporidarum.


Argumenta

- 1 *Lepus europaeus* ubi vivat
- 2 Quâ sit structurâ corporis, quibus notis specialibus
- 3 Modus vivendi
- 4 Nutritio
- 5 Prolis propagatio et ontogenesis
- 6 Quibus nōtīs lepus differat a cuniculo
- 7 *Lepus* quantum pertineat ad hominem
 - 7.1. Venatio leporaria, pericula lepori imminencia
 - 7.2 Mores mythique ad leporem spectantes

1 *Lepus europaeus* ubi vivat. Qui lepus invenitur in Europâ et Asiâ occidentali (Pachistaniâ, Pentapotamiâ (= Punjab), Turciâ, Iraciâ, Iraniâ) necnon Africâ

Septentrionali. Lepus imprimis inhabitat tesqua, sed invenitur etiam in silvis et in Alpibus usque ad altitudinem 1600 (mille sescentorum) metrorum. In Germaniâ in uno metro quadrato biotopi sui in medio versantur 16 (sedecim) lepores.

2 Lepus quâ sit structurâ corporis, quibus nōtis specialibus.



Cranion Leporis europaei.

Lepus europaeus longitudine est 60 vel 70 centimetrorum, pondere medio 4 vel 5 chiliogrammorum; per exceptionem habet pondus octo chiliogrammorum. Idem animal insigne est auribus perlongis, brevibus pedibus anterioribus, posterioribus longis. Pellis leporis fusca vel rubro-fusca ad corpus celandum bene apta est. In leporis ano, naso, buccis inveniuntur glandulae odorariae, quarum secretum lepus pedibus anterioribus per totum corpus digerit. Quo fit, ut lepus olfactu suo acerrimo praecipuê tempore coeundi agnoscat lepores coniugales. Auditum quoque valde bonus est, sed visus parum. Situ oculorum laterali campus leporis visualis est quidem 360 (trecentorum sexaginta) graduum, sed prospectus capite immoto est in regionibus oculorum marginalibus, praeterea lepus est insigniter myopus.

3. Modus vivendi. Lepus europaeus est pertimidus, solet nocte versari solitarius. Itaque die plerumque immotus sedet in fovea, caput tenet vento adversum, ut olfactu suo perbono sentiat pericula. Lepus solet sedem retinere, perbene scit se celare, adversarios suos, velut vulpem, ictidem (melem seu martem), varias aves raptrices necnon homines plerumque non fugit nisi ultimo momento temporis. Lepus pedum posteriorum longitudine generaliter valde agilis est, saepe saltûs facit praealtos, cursum raptim flectit, ad circumiecta observanda saepe pedibus posterioribus consistit. Lepus fugit velocitate quinquaginta, per breve tempus septuaginta maximum chiliometrorum horalium, cursum in eo per 90 (nonaginta gradûs) flectit, salire potest in altitudinem trium, in longitudinem septem metrorum

4.Nutritio. Lepus in crepusculo latebras relinquit nec revertitur nisi brevi ante primam lucem. Comedit plantas, praecipuê gramina et herbas, frumentum, brassicam, trifolium, eqs. Lepus est acribus dentibus rosoriis; labio superiore diffisso (unde chiloschisis, quoddam vitium labii humani superioris, vocatur ‚labium leporinum’) facilius rodit. Cibus crassior dentibus molaribus disteritur.



Lepus europaeus in Rhenaniâ Vestfaliâ versans.



Vestigia Leporis europaei nivi impressa.

5.Prolis propagatio et ontogenesis. Tempore coeundi lepores mares certant de lepore feminâ (fiunt certamina rivalium sive competitorum). Lepus femina a mense Ianuario usque ad Septembrem duodequadragesimo quôque die catulit, i.e. cupiditate coeundi flagrat. Talibus diebus mares circa feminam catulientem congregantur. Nunc fiunt lusûs coeundi aemulis cum certaminibus et pugnis furibundis, in quibus lepores mares, quorum numerus lentê deminuitur, persequuntur feminam continuo fugientem. In tali certamine primo nullus mas nisi celerrimus et vivacissimus potest cum feminâ coire, idque per paucas tantum secundas. Brevi pausâ interpositâ lusus iteratur; quo fit, ut femina compluries ineatur, plerumque etiam a maribus variis. Feminae gravidae gestare solent per dies circiter quadraginta duos. Usque ad proximum diem, quo catulit, saepe comite est singulo lepore mare, quocum etiam coire potest.

A mense Februario usque ad Octobrem lepus femina tribus aut quattuor diebus post diem fervoris venerei parit pullos spatio coeundi proximo praeterito genitos. Sed

femina gestare potest pullos duorum stadiorum ontogenesis; quod phaenomenon appellatur superfetatio. Femina pullos parit in foveâ terrestri a vento tutâ. Pariuntur quini summum pulli, plerumque bini aut trini. Lepusculi neonati, cum iam sint pelle, statim possint videre et se movere, a biologis dicuntur esse „nidifugae“ (cfr Angl. *nidifugous*, Fr. *nidifuge*, Hisp. *nidífuga*, Theod. *Nestflüchter*). Lepusculi per tres vel quinque septimanas cottidie a matre lactantur vespere post sôlis occasum, interdum iterum. Mater lactans apud illos non remanet nisi per duas vel tres minutas, cum timeat ne odore suo fortiore alliciantur bestias raptrices. Hôc in spatio temporis perbrevis pulli tantum lactis materni recipiunt, quantum pondus habet decimae ferê partis corporis sui. Lac autem leporinum quattuor partibus adiposius est quam lac vaccarum. Tempore, quo lactat, lepus femina sola vivens se defendit contra mares interdum adeuntes. Post tempus lactandi femina evitat locum, quo antea pullos convênit ad lactationem. Lepusculi cum umores male patientur, annis umidis proles leporina parum propagatur. Lepores aetatem solent assequi duodecim ferê annorum.

6. Quibus notis lepus differat a cuniculo.

- Lepus saepe confunditur cum cuniculo, a quo differt non solum magnitudine, sed etiam pellis colore rubro-fusco (cum cuniculus sit pelle griseo-fusca). Praeterea lepus est auribus multo longioribus, quae summae sunt coloris nigro-albi.
- Lepus longis est pedibus posterioribus, quibus figura leporis currentis est insignis.
- Lepores sunt nidifugae (nascuntur pelliti et ad videndum capaces); cuniculi sunt nidicolae (nascuntur nudi et caeci).
- Lepores struunt „nidos“ superterrestres“; cuniculi fodiunt cavernas subterraneas.
- Lepores solent vivere solitarii, cum cuniculi vivant coloniis congregati.
- Lepores, cum se movent, caudam tenent demissam, cum cuniculi caudam vibrent sursum et deorsum, ut appareat pars caudae inferior alba.

7. Lepus quantum pertineat ad hominem

7.1. Venatio leporaria, pericula lepori imminetia. Lepus venatori est praeda grata. At his annis in multis regionibus numerus leporum insigniter deminutus cum sit, venatores saepe voluntarie a leporibus abstinent. Nonnullis in locis agricultura intensiva et fruticibus remotis lepores in dies rarescunt. Tamen nuperrime nuntiatum est numerum leporum aliquantulo auctum esse. In Slesvigi-Holsatiâ ex annis numerus leporum manet stabilis (v. dissertationem Danielis Hoffmann, a.2002, in Universitate Trevirensi editam). At in Saxonia Anhaltina cum biotopus leporis vehementer sit destructus, lepus ibi appellatur esse species valde periclitans (habet numerum „Indicis Rubri“ secundum). In dumma Lepus europaeus ab IUCN i.e. *International Union for Conservation of Nature*) dicitur esse non periclitari.



Lepus quietus et tutus, nullum periculum timens.

Ultima venatio leporaria – quae fit medio mense Ianuario, ante tempus copulationis – in Germania appellatur „Hasensilvester“, i.e. ultimus dies anni leporarii. Qui eventus a venatoribus solet celebrari.

7.2 Mores mythique ad leporem spectantes

Lepus cum in Germaniâ latè pateat, etiam in multis fabellis („De lepore et erinaceo“) et apologis („*Magister Lampe*“) et in locutionibus (e.g. homo timidus dicitur „*Angsthase*“, i.e. lepus timidus, vel „*Hasenfuß*“, i.e. pes leporinus) commemoratur.

In proverbii memorantur leporis timor, celeritas, versatilitas, aures longae, quae phylogenesei exortae sunt ad numerosas bestias rapaces necnon homines effugiendos. In imaginibus alchemisticis lepus (sive potius cuniculus?) fossor

cavernarum indicat viam ad Lapidem philosophorum inveniendum. In narrationibus Africanis lepus saepe dicitur esse callidissimus. In Germaniâ boreali prius opifex legibus collegii parum conveniens dicebatur *Bönhase*.

Cum lepus sit insigni cupiditate prolis propagandae, praeter ovum factus est symbolum festi Paschalis, cuius mores dicuntur partim originem repetere a cultibus fertilitatis paganis (quocum parum congruit talium symbolorum aetas parva; alias theorias infra invenies sub titulo Leporis paschalis). Cum lepus infamis esset lubricitate immodica, a.751 a Papâ Zachariâ vetitum est carnem leporinam comedere, ne Christifideles immodicè prurirent.

Lepus paschalis

In Germaniâ more tradito pueris puellisque narratur lepus die Paschali ova impingere et in hortum abdere. Itaque ova paschalia (a parentibus abdita) mâne diei Dominici paschalis solent quaeritari.

Fictio Leporis Paschalis in Germaniâ cum alterâ parte dimidiâ saeculi vicesimi cultu populari, praesertim commendatione commerciali, vehementer divulgaretur, homines obliti sunt priores ovi paschalis allatores: Quibusdam in Helvetiae partibus ova paschalia afferebantur a cucûlo, in Vestfaliae partibus vulpes paschalis, in Thuringiâ ciconia, in Bohemiâ gallus narrabatur hîc munere fungi.

[\[1\]](#)

Fictio Leporis Paschalis unde exorta sit. Lepus paschalis primum omnium a.1682 (alio teste: 1678) commemoratur a Professore medico **Georgio Franck de Frankenau** in commentatione Latinè scriptâ, c.t.: „**De ovis paschalibus**“. Idem professor morem leporum paschalem describit in regione Alsaciae regionumque propin quarum cultum necnon verbis effert, quantum noceat esus talium ovorum immodicus.

In variis terris Europae, si tardissimè, medio ex aevo notum est festum Paschae christianum referre ad ovum, fortasse haec relatio iam prius exorta est. [\[2\]](#) Praeterea iam ex aetate Ambrosii lepus explanatur esse symbolum resurrectionis [\[3\]](#). At adhuc incertum est, quatenus lepus referat ad morem ovorum paschalem. Proponi solent hypotheses, quae sequuntur:



Lepus paschalis femina.

1. Nonnulla ova paschalia praevetusta impicta sunt imagine trium leporum – qui lepores in summâ tres tantum habent aures, sed cum singulae aures a binis leporibus adhibeantur, tamen omnis lepus habet aures binas; hoc est hodie notum symbolum trinitatis, sed vis huius imaginis originalis est ignota. Fortasse ex hac imagine exorta est fictio leporis ova afferentis.
2. Loco quodam biblico (Ps.104,18 EU), in versionibus vetustioribus scribitur de „lepusculis“ ^[4]. Haec interpretatio (parum recta) exorta est e versione Latinâ libri Proverbiorum (30,26), in qua Hieronymus (?) verbum Hebraicum "šafan" (procavia, Theodiscê Klippschliefer) Latinê reddit nomine lepusculi. ^[5] Ex seriore aetate antiquâ hic locus habebatur pro symbolo hominis infirmi (lepusculo similis), qui aufugit ad saxum (i.e. Christum): **VULGATA, Liber Proverbiorum 30, 26 Lepusculus plebs invalida quae conlocat in petra cubile suum.** Hac interpretatione exortum est symbolum iconographiae christianae leporinum (v. Pinchas Lapide, Ist die Bibel richtig übersetzt?, p.214-216: Was hat der Hase mit Ostern zu tun?, Gütersloh 2004.)
3. A doctis adhuc disputatur, num verbum Theodiscum „Ostern“ affine sit nomini cuiusdam deae vernalis anglosaxonicae (Eostre) vel Theodiscae (Ostara),


cuius symbola putantur fuisse lepus et ovum. Etiam Aphrodite dea amoris et fertilitatis signum habet leporinum.

4. Festum Paschale originaliter positum erat e calendario lunari, dies enim Paschalis determinatur prima luna plena post veris initium., dies Dominicus sequens est dies Dominicus Paschalis. Symbolum lunae autem est lepus, quod apparet etiam e fabella, quae narratur de lepore et erinaceo. Nam revera in luna plena (vi imaginandi adiuvante) agnoscitur lepus, in Germaniae regionibus idem lepus videtur oblique iacere capite deposito. Antea iam dictum est, quid referant ova aut dea fertilitatis.
5. Symbolum festi Paschalis christianum est agnus. Nescimus an lepus paschalis exortus sit ex agno paschali permale delineato aut furno tam inepte cocto, ut deformaretur. Hac hypothesi lepus quidem explicatur, sed non, cur idem afferat ova.
6. Ex anno fere 1700 (millesimo septingentesimo) cives protestantes morem excoluerunt ova paschalia quaerendi. Demologi saepe opinantur lepores paschales animo fingi non potuisse nisi in urbibus (quia parvuli rurales peritiores bestiarum fuerint, quam ut crederent lepores posse ova parere). Sed verisimile est etiam parvulos saeculo duodevicesimo in urbibus degentes sat bene novisse lepores et gallinas. Quod lepus paschalis est inventio evangelico-Lutherana, ex eo explicatur, quod in regionibus catholicis propter ieiunia accumulata sit magna copia ovorum. Protestantes, cum noluerint liberos suos assuescere ad morem ieiunandi, ad hoc phaenomenon explicandum dicuntur invenisse leporem paschalem.

Lepus paschalis internationalis

Germanis, qui e patria emigraverant, lepus paschalis etiam extra Europam innotuit. Praecipue in Civitatibus Americae Unitis lepus paschalis in quandam claritudinem pervenit. In sermone Anglico cum eadem bestia phantastica potius appelletur "*Easter Bunny*" quam nomen verbatim redditum ("*Easter Hare*"), lepus paschalis saepe habetur pro cuniculo (Angl. *rabbit*).

In Australiâ ex annis septuagenariis saeculi vicesimi praeter "*Easter Bunny*" celebratur "*Easter Bilby*". „*Bilby*“ (nomine zoologico: *Macrotis lagotis*) enim est animal marsupiale, quod cuniculis in Australia luxuriantibus vehementer periclitatur. Australiani lagotibus socolateis vendendis colligunt pecuniam, qua curent, ne haec species animalium intermoriatur. ^[6]



Macrotis lagotis.

Museum

Monaco in urbe Bavariae capite in Centro Museroum extraordinariorum fuit Museum Leporum Paschaliū.

Testimonia

1. ↑ http://books.google.com/books?id=t_YY7lpApzoC&printsec=frontcover&dq=intitle:handwoerterbuch+deutschen+aberglaubens%23&hl=de&sig=2N6XepriBr81X-muwY9TWuYPX74#PPA1329,M1
Symbola „Osterhase“ in HWDA Bd 6 Sp. 1329 - google books
2. ↑ cfr symbolam „Ei“ in LCI (Lexikon der christlichen Ikonographie, Freiburg i.B. 1970, ISBN 3-451-21806-2, t. 1)
3. ↑ cfr symbola „Hase“ in LCI a.a.O t. 2, col. 221)
4. ↑ in versionibus bibliae recentioribus recte affertur nomen „Klippdachs“ .
5. ↑ Versio leporina etiam derivatur e Graecis versionibus vetustioribus, in quibus iam „lepus“ positus est loco verbi hebraici „schaphan“, quod valet procaviam (Theodisce „Klipperschliefer, Klippdachs“). Verisimile est Hieronymum tam bene novisse linguam Hebraicam, ut problema intellegeret; at plurimum valuisse videtur – similiter ac in versione Lutheri posteriore - , quod procaviae non inveniuntur in regionibus, quae sitae sunt in septentrione Maris Mediterranei, sed interpretes voluerunt uti nominibus, quae lectoribus erant nota.

(Altera pars Lagologiae sequetur !)

**LAGOLOGIAM
COMPOSUIT
NICOLAUS GROSS**



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

WILHELM BUSCH - MAX ET MORITZ (V)

Vierter Streich – *Facinus quartum* - Τέταρτον πανούργημα – Τετάρτη κακουργία

VILLELMUS BUSCH	VERSIO ERVINI STEINDL LATINA
<p>Also lautet ein Beschluß: Daß der Mensch was lernen muß. – – Nicht allein das A-B-C Bringt den Menschen in die Höh’; Nicht allein im Schreiben, Lesen Übt sich ein vernünftig Wesen; Nicht allein in Rechnungssachen Soll der Mensch sich Mühe machen; Sondern auch der Weisheit Lehren Muß man mit Vergnügen hören. –</p> <p>Daß dies mit Verstand geschah, War Herr Lehrer Lämpel da. –</p>	<p>Est necesse pueris Studeant mox litteris. Neque solum elementa Didicisse sit contenta Aetas prima puerilis Aut imprimis iuvenilis, Nec honores assequendi Spes nec opes pariendi Est, ni vaces litteris, Quibus haec consequeris.</p> <p>Ut doctrina augeatur, Lampulum, qui nominatur, Optime curare dives Quivis novit neque cives Nesciebant pauperes.</p>



VERSIO ERVINI STEINDL GRAECA	VERSIO OTTONIS SCHMIED GRAECA
<p>Ἀμφισβήτητον μὴ ἔστω Πᾶς ἄνθρωπος διδασκέσθω. Πρῶτα μάλιστα στοιχεῖα Ἐκ νέων μαθεῖν ἦν χρεῖα Γραψάντων καὶ ἀναγνόντων Καὶ τοιαῦτα σπουδαζόντων. Φιλογράμματοι μὲν ὄντες Καὶ λογισμοὺς εὖ μαθόντες, Φιλοσόφων δ' ἀκούοντες Ἀύξηθεῖεν ἂν ἄρξοντες. Τοὺς νέους διδάσκοντα Καὶ καλῶς παιδεύοντα</p>	<p>Τόδε δόγμα φανερόν Χρὴ μανθάνειν ἄνθρωπον. - Τῷ ἀνδρὶ ἀλφαβητὸς Οὐ μὴν μόνον χρήσιμος Ἦ σπουδῆ ἦν γράψης σὺ Ἀναγνώσης τε πολὺ Οὔτε ἐν τῷ λογισμῷ Ἦν ἐγὼ σπουδαῖος ᾧ. Ἄ διδάσκει ὁ σοφός, Ἄκουσον ἐπιμελῶς. - Οὗ φροντίζει ἀκριβῶς Λαμπεῖλος διδάσκαλος. -</p>
<p>– Max und Moritz, diese beiden, Mochten ihn darum nicht leiden; Denn wer böse Streiche macht, Gibt nicht auf den Lehrer acht. –</p>	<p>Sed sunt, quos vituperes, Pueri, qui pravo more Probos terrent vel dolore Torquent dolum paraturi,</p>

	Quo sunt illum vexaturi.
Ἀμφοτέρω, μάλιστα, Μισοχρήστω, ἤκιστα Τῶν καθ' αὐτοὺς μὲν τιμᾶτον, Τῷ δὲ μᾶλλον μελετᾶτον,	Μὰξ καὶ Μῶριτζ δίδυμοι Ἦσαν τούτῳ δύσνοοι· Ὅς μηχανήμα ποιεῖ, Διδασκάλους οὐ φιλεῖ. -
Nun war dieser brave Lehrer Von dem Tobak ein Verehrer, Was man ohne alle Frage Nach des Tages Müh und Plage Einem guten, alten Mann Auch von Herzen gönnen kann. –	Dicunt istos cognovisse Hunc fumare consuevisse. Delectatur otio Et, cum a negotio Huic reverti placuit, Fumum flare studuit.
Ὅπως τοῦτον καπνίζοντα Ἐνοχλῆτον οἴκοι ὄντα. Ἀναπαύλη μὲν χρῆσιντο, Ἦσυχίας δ' εὖ ὄναιντο, Παῖδας οἱ διδάξαντες, Χαλεπῶς πονήσαντες.	Ὅδε ὁ διδάσκαλος Ἦν ταβάκῳ εὖνοος. Οὐ ἐκ πόνων ἡμερῶν Μόχθων τέ συ οὐκ ὀκνῶν Οὐ φθονεῖς ἀνδρὶ τι Ἄγαθῷ, γηράσκοντι. -
– Max und Moritz, unverdrossen, Sinnen aber schon auf Possen, Ob vermittelt seiner Pfeifen Dieser Mann nicht anzugreifen. –	
Μὰξ καὶ Μῶριζ σπεύδεται, Οὐδὲ τυτθὸν λήγεται Μηχανομένῳ μηχανάς.	Μὰξ καὶ Μῶριτζ ἄσκοι Ἦσαν παίζειν πρόθυμοι, Εἰ καπνομυζίῳ τι Δοῖεν ἂν κακὸν ἀνδρὶ. -
– Einstens, als es Sonntag wieder Und Herr Lämpel brav und bieder In der Kirche mit Gefühle Saß vor seinem Orgelspiele,	Domo quondam exiit Et ecclesiam petiit. Dum hic canit die festo Organo, tum clam infesto
Μέλπων ὀργάνῳ παιᾶνας Ἦδεθ' ὁ διδάσκαλος, Ὅς ἐκλήθη Λάμπαλος, Ὡ ἐν κυρίου ἡμέραις Μέλει τοῦτο οὐδ' ἑτέραις.	Ὡς κυριακῇ τι Λαμπεῖλος χρηστότητι Ἐν νεῷ φιλῶν Θεὸν Ἔτυπε τὸ ὄργανον,



Schlichen sich die bösen Buben
In sein Haus und seine Stuben,
Wo die Meerschaumpfeife stand;
Max hält sie in seiner Hand;

Animo pueruli
Intrant aedes Lampuli;
Fumisugium petitum
Neque diu hi quaesitum

Ἐν δὲ τούτῳ προσέρποντε
Ἄμφω τῷ πανούργῳ ὄντε
Εἰς δίαίταν ἤκετον,
Οὐ εὐθὺς εὐρίσκετον
Καπνοσύριγγα· ἐπλήσθη

Ἄμφω ἔρπετον, ἰδοῦ,
Εἰς τὸν θάλαμον αὐτοῦ.
Μὰξ μὲν χαίρει ἄτε σχῶν
Τάχα καπνομύζιον.



Aber Moritz aus der Tasche
Zieht die Flintenpulverflasche,
Und geschwinde, stopf, stopf, stopf!
Pulver in den Pfeifenkopf. -
Jetzt nur still und schnell nach Haus,
Denn schon ist die Kirche aus.

Compleverunt pulvere,
Pernicioso cinere.
Modo pueri fugerunt,
Postquam istud commiserunt,

Ὡς πυρίτιδος, ἐφήσθη

Μῶριτζ δὲ ἐκ πήρας σπᾶ

Πράγματι ἐκάτερος

Κόνιν, ἧ ἦν μέλαινα.
 Τάχα τε τὴν κεφαλὴν
 Ἐπιίμπλησιν ἧ μὴν. -
 Οἴκαδε νῦν φεύγεται·
 Ἡ λατρεία πέπαυται. -



- Eben schließt in sanfter Ruh'
 Lämpel seine Kirche zu;
 Und mit Buch und Notenheften,
 Nach besorgten Amtsgeschäften,
 Lenkt er freudig seine Schritte
 Zu der heimatlichen Hütte,

Dei domo obserata,
 Clave caute asservata
 Redit ergo omnibus
 Functus sic muneribus.
 Illi, domum cum venisset,
 Grata requies fuisset.

Κατα ἡσυχαιότερος
 Ἐπανῆλθεν· τότ' ἐκεῖσε,
 Ἴερὸν ἐπεὶ ἔκλεισε,
 Λάμπalos ἠπείγετο,
 Κληίδα δ' ἀφείλετο.
 Προσήκοντα πέπρακται,
 Γέρων δὲ ἀπήλλακται.
 Διαπράξας ἤδετο,
 Οἴκαδε δ' ἀφίκετο.

Τὸν νεῶν δὴ ἡσυχος
 Κατακλείει Λαμπειλός·
 Βίβλους φέρων μουσικὰς
 Πράξας πράξεις ἱεράς.
 Ἴλαρὸς οὖν ἤγαγε
 Βήματα νῦν οἴκαδε.



Und voll Dankbarkeit sodann,
Zündet er sein Pfeifchen an.

Πρὶν σχολάζειν, καθίσας
Μάλα ἔχαιρε καπνίσας.

Respirabat iam securus,
Laetabatur fumaturus.

Ἐπειτα δ' εὐχαριστῶν
Ἄρχει τὰ βακὸν καπνῶν.



„Ach!“ - spricht er - „die größte Freud“

Recreatur otiosus

Ist doch die Zufriedenheit!!!“	Quietisque studiosus.
Ἔφη αὐτὸν μακαρίζων· «Ἀγαπῶ πάντ' εὖ πορίζων.»	»Ὡ· μέγιστη ἡδονὴ Εὐθυμία ἱκανή.«



Rums!! - da geht die Pfeife los Mit Getöse, schrecklich groß. Kaffeetopf und Wasserglas, Tobaksdose, Tintenfaß, Ofen, Tisch und Sorgensitz - Alles fliegt im Pulverblitz. -	Fumum ut flet, affert facem; Fragor fit, qui turbat pacem. Gustatorium perscissum Quoqueversus est diffissum Vasque plenum atramenti, Fornax, sella hic sedenti, Mensa atque arcula, Rupta sunt in frustula.
Αἰφνιδίως ἐξεπλάγη, Καπνοσύριγξ τότ' ἐρράγη, Καφεδόχη ἄγνυται, Μελανδόκον ῥήγνυται, Καπνοθήκη ὄλλυται, Πάντα διαλέλυται.	Φεῦ, βροντᾶ ὁ κεραυνός, Φοβερός, δεινότατος. Χύτρα καὶ ὑάλινον Μέλαν τε φαρμάκιον, Κάμινος καὶ τράπεζα - Πέτεται τὰ ἅπαντα. -



<p>Als der Dampf sich nun erhob, Sieht man Lämpel, der gottlob! Lebend auf dem Rücken liegt; Doch er hat was abgekriegt.</p>	<p>Vivus quidem lamentatur, Semet ipsum miseratur; Est mulcato similis, Scholae nunc inutilis.</p>
<p>Καπνὸς ἀφανίζεται, Λάμπαλος αὖ βλέπεται Ἵπτιος προκείμενος Καὶ μικροῦ ἐφθαρμένος.</p>	<p>Ὅτε λήγει ὁ καπνός, Ἐνθ' ὁράται λαμπειλὸς Ἐμψυχὸς μὲν ὦν χαμαί. Ὅμως μάλα βέβλαπται.</p>




<p>Nase, Hand, Gesicht und Ohren Sind so schwarz als wie die Mohren, Und des Haares letzter Schopf Ist verbrannt bis auf den Kopf. –</p>	<p>Fumus sensim evanescit, Miser brevi convalescit, Ustis surgit crinibus, Damnum tulit ignibus.</p>
<p>Χεῖρε, ρίς, πρόσωπον, ὦτα Ἔστι τούτῳ μελάγχρωτα. Φαίνεται ψιλῶ ὁμοῖος, Τῷ πρὶν ὄντι ἀνόμοιος.</p>	<p>Ῥίς, χεῖρ, οὖς καὶ πρόσωπον, Φεῦ, ὡς μέλαν ἕκαστον Καὶ αἱ τρίχες κεφαλῆς Κεκαυσμένοι, φεῦ, ἐξῆς -</p>

<p>Wer soll nun die Kinder lehren Und die Wissenschaft vermehren?</p>	<p>Quisnam litteras fovebit Atque liberos docebit?</p>
---	--

Wer soll nun für Lämpel leiten Seine Amtestätigkeiten? Woraus soll der Lehrer rauchen, Wenn die Pfeife nicht zu brauchen??	Estne, qui custodiat Illos et erudiat? Unde coma crescet ei, Subit color faciei?
Τέκνων πῶς ἡγήσεται Μάθημά τ' ἀέξεται; Ἄντι τούτου βεβλαμμένου Τίς διδάξει στερομένου Τῶν τριχῶν; πῶς γὰρ κομήσει; Πόθεν καπνὸν οὖν ἀνήσει;	Τίς παισὶν οὖν παραινῆσει; Τίς μαθήματα αὐξήσει; Ἄξει τίς πρὸ Λαμπειλοῦ Ἔργον πολλαπλοῦν αὐτοῦ; Καὶ ἐκ τίνος νῦν καπνῆ, Ἦν τὸ σκεῦος φαῦλον ἦ;

Mit der Zeit wird alles heil, Nur die Pfeife hat ihr Teil. –	Nihil manet saucium Praeter fumisugium.
Χρόνῳ πάντ' ἐσώζετο, Καπνοσύριγξ ὤλετο.	Χρόνῳ ἅπαν χρήσιμον, Οὐ μὴν καπνομύζιον.



Dieses war der vierte Streich, Doch der fünfte folgt sogleich.	Hoc nequissimi fecerunt Nec magistro repercerunt.
Ἄδε δόλος εἴρηται, Πέμπτος ὧδε λέξεται·	Ἦν τετάρτη κακουργία. Πέμπτη δ' ἔψεται νῆ Δία.

**SYNOPSISIN VERSIONUM
COMPOSUIT
NICOLAUS GROSS**



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

(Sexta pars sequetur !)

VOCABULA ANATOMICA (II)
ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane: PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscā et Anglicā et Francogallicā et Hispanicā et Italicā. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum primam, quae spectant ad anatomiam (**V. HOMO II = VOCABULA ANATOMICA II**). Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

I.ASTRONOMIA – II. TERRA – III.REGNUM PLANTARUM – IV.REGNUM ANIMALIUM – V.HOMO – VI.NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.DOMESTICA – VIII.PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA HORTULANA – IX.VESTIMENTA – X.INSTRUMENTA PERSONALIA – XI.ARS ET ARCHITECTURA – XII.COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV.ENERGIA – XV.SCIENTIAE – XVI.ATHLETICA ET LUDICRA.

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas partem anatomicam huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam (VOCABULA ANATOMICA II = V. HOMO II).

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

THEODISCE	ANGLICE	FRANCOGALLI CE	HISPANICE	ITALICE	LATINE
p.148					
Frau	woman	femme	mujer	donna	fēmina, -ae f.; mulier, -is f.
Vorderansicht	anterior view	face antérieure	vista anterior	vista anteriore	cōspectus anterior
Auge	eye	œil	ojo	occhio	oculus, -ī m.
Nase	nose	nez	nariz	naso	nāsus, -ī m.
Wange	cheek	joue	mejilla	guancia	gena, -ae f.
Mund	mouth	bouche	boca	bocca	ōs, ōris n.
Hals	neck	cou	cuello	collo	collum, -ī n.
Kinn	chin	menton	mentón	mento	mentum, -ī n.

Brustwarze	nipple	mamelon	pezón	capezzolo	mammilla, -ae f.; papilla, -ae f.
Schulter	shoulder	épaule	hombro	spalla	umerus, -ī m.
Brust	breast	sein	seno	seno	mamma, -ae f.
Achselhöhle	armpit	aisselle	axilla	ascella	axilla, -ae f.
Brustkorb	thorax	thorax	tórax	torace	thōrāx, -ācis m.
Nabel	navel	nombril	ombiligo	ombelico	umbilīcus, -ī m.
Schambein	pubis	pubis	pubis	pube	pūbēs, -is f.
Bauch	abdomen	ventre	abdomen	addome	abdōmen, -inis n.
Leiste	groin	aine	ingle	inguine	inguen, -inis n.
Scham	vulva	vulve	vulva	vulva	vulva, -ae f.
Knie	knee	genou	rodilla	ginocchio	genū, -ūs n.
Fuß	foot	ped	pie	pede	pēs, pedis m.
Knöchel	ankle	cheville	tobillo	caviglia	tālus, -ī m.
Zeh	toe	orteil	dedo del pie	dito del piede	digitus pedis
p.149					
Rückenansicht	posterior view	face postérieure	vista posterior	vista posteriore	cōnspectus posterior
Haar	hair	cheveux	pelo	capelli	capillī, -ōrum m.pl. crīnēs, -ium m.pl.; coma, -ae f.
Nacken	nape	nuque	nuca	nuca	cervīx, -īcis f.
Kopf	head	tête	cabeza	testa	caput, -itis n.
Hals	neck	cou	cuello	collo	collum, -ī n.
Schulterblatt	shoulder blade	omoplate	omoplato escápula	scapola	scapula, -ae f.
Arm	arm	bras	brazo	braccio	bracchium, -iī n.
Ellbogen	elbow	coude	codo	gomito	cubitus, -ī m.; ancōn, -ōnis f.
Taille	waist	taille	cintura	vita	cīnctus, -ūs m.
Unterarm	forearm	avant-bras	antebrazo	avambraccio	antebracchium, -iī n.
Handgelenk	wrist	poignet	muñeca	polso	articulatio manūs
Hand	hand	main	mano	mano	manus, -ūs f.
Rücken	back	dos	espalda	schiena	dorsum, -ī n.
Rumpf	trunk	tronc	tronco	tronco	truncus, -ī m.
Hüfte	hip	hanche	cadera	fianco	coxendix, -īcis f.; coxa, -ae f.
Lende	loin	reins	región lumbar	lombo	lumbus, -ī m.
Gesäßspalte	posterior rugae	raie des fesses	pliegue anal	fessura	*crēna/ fissūra/ plica ānī
Gesäß	buttock	fesse	nalga	natica	natēs, -ium f.
Oberschenkel	thigh	cuisse	muslo	coscia	femur, -oris n.
Wade	calf	mollet	pantorrilla	polpaccio	sūra, -ae f.
Ferse	heel	talon	talón	tallone	calx, calcis f.
Bein	leg	jambe	piema	gamba	pēs, pedis m.; crūs, crūris n.
Fuß	foot	ped	pie	pede	pēs, pedis m.
p.150					
Muskeln	anterior view	face antérieure	vista anterior	vista anteriore	cōnspectus

					anterior
Augenringmuskel	orbicularis oculi	orbiculaire des paupières	orbicular de los párpados	orbicolare dell'occhio	mūsculus orbiculāris oculī
Stirn	frontal	frontal	frontal	frontale	mūsculus frontālis
Kaumuskel	masseter	masséter	masetero	massetere	mūsculus massētēr, -ēris m.
Kopfnicker	sternocleidomastoid	sterno-cléido-mastoïdien	esternocleidomastoideo	sternocleidomastoideo	mūsculus sternocleido-mastoïdeus
Kapuzenmuskel	trapezius	trapèze	trapezio	trapezio	mūsculus trapézius
Deltamuskel	deltoid	deltoïde	deltoides	deltoide	mūsculus deltoïdeus
großer Brustmuskel	greater pectoral	grand pectoral	pectoral mayor	grande pettorale	mūsculus pectorālis maior
äußerer schräger Bauchmuskel	external oblique	grand oblique de l'abdomen	oblicuo mayor del abdomen	obliquo esterno dell'addome	mūsculus obliquus externus abdōminis
zweiköpfiger Armstrecker	biceps of arm	biceps brachial	bíceps braquial	bicipite brachiale	mūsculus biceps brachīi
Armbeuger	brachial	brachial antérieur	braquial anterior	brachiale	mūsculus brachiālis
gerader Bauchmuskel	abdominal rectus	grand droit de l'abdomen	recto del abdomen	retto dell'addome	mūsculus rēctus abdōminis
Oberarm speichen muskel	brachioradialis	huméro-stylo-radial	supinador largo	brachioradiale	mūsculus brachioradiālis
Schenkelbinden spanner	tensor of fascia lata	tenseur du fascia lata	tensor de la fascia lata	tensore della fascia lata	mūsculus tēnsor fasciae lātae
runder Einwärtsdreher	round pronator	rond pronateur	pronador redondo	pronatore rotondo	mūsculus prōnātor teres
langer Hohlhand muskel	long palmar	grand palmaire	palmar mayor	palmare lungo	mūsculus palmāris longus
Handbeuger der Ellenseite	ulnar flexor of wrist	cubital antérieur	cubital anterior	flessore ulnare del carpo	mūsculus flexor carpī ulnāris
kurzer Hohlhand muskel	short palmar	petit palmaire	palmar menor	palmare breve	mūsculus palmāris brevis
langer Oberschenkel anzieher	long adductor	moyen adducteur	aductor del muslo	adduttore lungo	mūsculus adductor longus
Schneider muskel	sartorius	couturier	sartorio	sartorio	mūsculus sartōrius
äußerer Schenkel muskel	vastus lateralis	vaste externe du membre inférieur	vasto interno	vasto laterale	mūsculus vastus laterālis
gerader Schenkel muskel	rectus femoris	droit antérieur de la cuisse	recto anterior	retto della coscia	mūsculus rēctus femoris
innerer Schenkel	vastus medialis	vaste interne du membre	vasto externo	vasto mediale	mūsculus vastus mediālis

muskel		inférieur			
langer Wadenbein muskel	long peroneal	long péronier latéral	peroneo largo	peroneo lungo	mūsculus peronaeus longus
Zwillings wadenmuskel	gastrocnemius	jumeau	gemelos	gastrocnemio	mūsculus gastrocnēmius
Schollenmuskel	soleus	soléaire	sóleo	soleo	mūsculus soleus
vorderer Schienbein muskel	anterior tibial	jambier antérieur	tibial anterior	tibiale anteriore	mūsculus tībiālis anterior
langer Zehenstrecker	long extensor of toes	extenseur communs des orteils	extensor largo de los dedos del pie	estensore lungo delle dita	mūsculus extēnsor digitōrum longus
kurzer Zehenstrecker	short extensor of toes	pédieux	pedio	estensore breve delle dita	mūsculus extēnsor digitōrum brevis
Zwischen knochen muskeln	plantar interosseous	interosseux	interóseos del pie	interosseo plantare	mūsculī interosseī plantārēs
kurzer Zehenstrecker	short extensor of toes	pédieux	pedio	estensore breve delle dita	mūsculus extēnsor digitōrum brevis
p.151					
Hinterhaupts muskel	occipital	occipital	occipital	occipitale	mūsculus occipitālis
Riemenmuskel	splenius muscle of head	splénius de la tête	esplenio	splenio	mūsculus splēnius capitis
Bauschmuskel	complexus	grand complexus	complexo mayor	grande complesso	mūsculus complexus
Kapuzenmuskel	trapezius	trapèze	trapecio	trapezio	mūsculus trapēzius
Untergräten muskel	infraspinatus	sous-épineux	infraspinoso	infraspinato	mūsculus ĩnfraspīnātus
kleiner Rundmuskel	teres minor	petit rond	redondo menor	piccolo rotondo	mūsculus teres minor
breiter Rückenmuskel	latissimus dorsi	grand dorsal	dorsal ancho	gran dorsale	mūsculus lātissimus dorsī
großer Rundmuskel	teres major	grand rond	redondo mayor	grande rotondo	mūsculus teres maior
dreiköpfiger Armstrecker	triceps of arm	triceps brachial	tríceps braquial	tricipite brachiale	mūsculus triceps bracchī
langer Handstrecker der Speichenseite	long radial extensor of wrist	premier radial externe	radial externo primero	estensore radiale lungo del carpo	mūsculus extēnsor carpī radiālis longus
Oberarm speichen muskel	brachioradialis	long supinateur	supinador largo	brachioradiale	mūsculus bracchioradiālis
Knorrenmuskel	anconeus	anconé	ancóneo	anconeo	mūsculus ancōnaeus
kurzer Handstrecker	short radial extensor of wrist	deuxième radial externe	radial externo segundo	estensore radiale breve	mūsculus extēnsor carpī

der Speichenseite				del carpo	radiālis brevis
gemeinsamer Fingerstrecker	common extensor of fingers	extenseur commun des doigts	extensor común de los dedos	estensore comune delle dita	mūsculus extēnsor digitōrum commūnis
Handbeuger der Ellenseite	ulnar flexor of wrist	cubital antérieur	cubital anterior	flessore ulnare del carpo	mūsculus flexor carpī ulnāris
Handstrecker der Ellenseite	ulnar extensor of wrist	cubital postérieur	cubital posterior	estensore ulnare del carpo	mūsculus extēnsor carpī ulnāris
großer Gesäßmuskel	gluteus maximus	grand fessier	glúteo mayor	grande gluteo	mūsculus glūtaeus māximus
äußerer schräger Bauchmuskel	external oblique	grand oblique de l'abdomen	oblicuo mayor del abdomen	obliquo esterno del addome	mūsculus oblīquus externus abdōminis
äußerer Schenkel muskel	vastus lateralis	vaste externe du membre inférieur	vasto interno	vasto laterale	mūsculus vastus laterālis
großer Oberschenkel anzieher	great adductor	grand adducteur	aductor mayor	grande adduttore	mūsculus adductor māgnus
Halbsehnen muskel	semitendinosus	demi-tendineux	semitendinoso	semitendinoso	mūsculus sēmitendinōsus
zweiköpfiger Schenkel muskel	biceps of thigh	biceps crural	bíceps femoral	bicipite femorale	mūsculus biceps femoris
Plattsehnen muskel	semimembranosus	demi-membraneux	semi membranoso	semi membranoso	mūsculus sēmi membrānōsus
Schlankmuskel	gracile	droit interne	recto interno del muslo	gracile	mūsculus gracilis
Zwillingswaden muskel	gastrocnemius	jumeau	gemelos	gastrocnemio	mūsculus gastrocnēmius

(Proxima pars sequetur: VOCABULA ANATOMICA III)

**Haec vocabula anatomica
excerpsit et in Latinum convertit**

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

VOTA PASCHALIA



**In Anni MMIX
Sollemnia Paschalia
Leo Latinus
omnibus Lectricibus
Lectoribusque
optima quaeque exoptat !**



LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>